



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancta quedam captiua apud iberiam. Cap[itulum]. xxxiiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis quorū certa dies cele.igno. Fo.ccc.

ac semib' cōcremat: ita vt null' peni' ex illa vbe etiā cū optimo volētib' daretur abscederet. Sicqz oēs ciues pfati celestis hierlm ciues effecti gl'ioso martyrio coronantur.

De sanctis pluribus martyribus apud alexandriam. Cap. xxxi.



Martyres plurimi apud alexandriā passi sunt sub p̄secutione antedicti Diocletiani.

De quib' eusebius octauo libro caplo decimosēdo refert q' trūcatis aurib' atqz in hōnesto vulnere narib' manūū quoqz ceteroꝝqz mēbroꝝqz summitatib' amputatis: trūcū sinebāt abire derisum. Quidā vō in craticulis p̄muis subterpositis torrebant. Inter quos duo nobiles iuuenes dū cōprehēsi simulacris imolare cōgerent: se ad aras duci postularunt. Et cum fuissent adducti: man' suas ardētī igni superponentes: et quousqz ois caro in ignē deflueret: immobiliter perdurarūt. Alij vō cum ad sacrificandū quererētur: sacrilegam pollutionem vitam p̄cipitio finierūt. Vinore quidem tolerantie fiducia: sed conseruāde fidei maiore cautela.

De sanctis quattuor episcopis martyribus. Cap. xxxij.



Quattuor sancti

epi apud alexandriā passi sunt sub diocletiana p̄secutione. Quoz noia hec sunt: primus p̄chomius: quartus theodorus. Hi ex vrbibus egypti epi p̄ confessione nois xpiani glorioso apud ipas vbe sunt martyrio coronati. Hec eusebius libro. viij. cap. xiiij.

De sancto Asnuthio epo. Cap. xxxiij.



Asnuthius

ep̄s egypti partibus vñ fuit ex numero p̄fessorū illorū epoz: quos maximian' imperator detritis oculis effosiss: et sinistro poplite p̄ciso p̄metalla dānauerat. De hoc libro. x. eccl'iaſtice hystorie scribitur: q' inter fuit consilio p̄mo sanctorum patrum prius apud niceam sub constantino augusto ch'istianissimo celebrato. In quo tāta virtutum inerat gratia: vt signa per eū nō min' q' dudū per apostolos fierēt. Nam et demones tantum verbo fugabat: et egros sola oratione curabat. S; et cecis dicit' visus red-

didisse: et paralyticos ad stabilitatē corporis reuocasse. Quē constantinus in tanta veneratione et affectu habuit: vt sepius eū intra palatium euocati cōplecteret: et illum oculum: qui in cōfessione fidei fuerat euulsus: audioribus oculis demulceret. Et hic ad ecclesiam suam reductus senioqz confectus: post vitam virtutibus insignem in pace quieuit.

De sancta quedam captiua apud iberiam. Cap. xxxiij.



Sancta que-

daz mulier captiua tēpore cōstantini magni imperatoris claruit apud gentes iberozum: que sub are pōtico iacet: p̄ quā deus ipas gentes p̄mū ad noriciam fidei conuocauit. Cum

enim ipsa mulier ch'ristiana apud ipsos populos captiuata: fidelē et sobriā ac pudicā duceret vitam: et diebus et noctib' in orōnibus p̄fisteret: et ex hoc barbari tanq' qd noui mirarent: ac qd sibi hoc vellet curiosi p̄uinctarentur. Illa se xp̄m deū suū tali ritu colere fatebatur: qui velut sibi ignoraz nouitate nois mirabant. Erat autē moris apud eos vt siqs paruul' egrotaret a matre per singulas domos circumferretur: ab omnibus videlicet quicq' experti remediū postulante. Cum autem mulier quedam paruulum suū languidum per omnes circumtulisset ex more: nec aliquid remediū cepisset. Venit ad captiuam: vt si quid sciret: ostēderet. Illa se nihil remediū humani scire testatur: ch'ristum tamen deū suū quē colebat: salutem hominibus desperatam posse ipsi dare confirmat. Paruulum itaqz cilio suo superpositum oratione fusa sanus reddidit matri sue. Sermo defertur ad plures factiqz fama magnifici ad aures regine grauissime egrotatis et iam de salute quasi desperantis perlabitur que rogat ad se mulierē duci illa negat accedere ne: nimis de se videretur presumere. Regina facit se ad mulierem portari. Que similiter supra ciliuz ei' posita: inuocato ch'risti nomine continuo sanata. Docet captiua reginam ch'ristū esse summi dei filium: qui auctor est incolumitatis et vite: qui et regibus regna distribuit et mortalibus vitam. Quod domū regressa marito regi p̄cūctatī eam subite sanata apuit. Ille mulier i mīera p̄sentari iubet. Regina vō ei respōdet: q' mulier nihil in auro vel argento appetit: s; ieiunio quasi cibo pascit. Nilqz aliud p̄ mīere q̄rit: nisi vt xp̄s a rege et oī regno ei' colat. Ad h' aut rex segnior fuit: et quousqz ad xp̄m affectū h' et p̄uersionē distulit. Ad qd tñ v̄rez illum sepius conuocabat.

Liber

Quadā die in siluis venāte: subito aer den-
sissimis offuscā: dies in terre noctis caligi-
nem vertit: cūctiq; regis comites nesciētes
quo se verterēt hincinde dispugnant. Solus
rex obscuritate nimia circūdatus: despiciēde
salutis antīus mēte xpm iuocat: vt si vere de-
us est quē captiua vrozī pdirerat: nunc se de
his tenebris exuat: vt ex hoc ihm omīssis oi-
bus colat. Tūc lux terre reddi: r rex inco-
lūmis ad domū reuertit. Qui regine p ordi-
nem gesta oīa pandit. Luocat captiua: r nul-
luz aliū pter xpm se veneraturū pfirmat. Al-
laq; regi poscenti colēdi venerādiq; modum
in qtu erat femine pādīt. Ifabricari ecclesiam
monet: formāq; describit. **I**git rex oī po-
pulo puocato que gesta cūcta fuerāt exponit:
fidēq; doctus nodū tū inītiatus aperit: sūc q;
gētis primus apls fit. **E**redit viri p regē: se
mūne p reginā: cūctiq; id violētibus ecclesia
instāter instruit. **E**leuato igit iā muroz am-
bitu: dū intra colūne collocari deberēt: erecti
duab; pnis: cū tertia iā media parte fuisset
erecta consūptis oibus machinis hoīm q; ac
boum viribus: attritisq; oibus: ne loco qdem
moueri potuit. Sed cuz interuētū noctis oēs
abcessissent: sola captiua mulier in orōne p
noctauit. Ifacto sūmo mane rex r pplus antīq;
introgressu vidēt colūnā quam tot machine
totq; ppli mouere nequiverāt erectā: vt su-
pra basem suā librate suspēsā vnius pedis
spatio in aere pendētem. **D**ēs q; ppli admirā-
tes verā esse fidē christi acclamabāt. **E**t ecce
in oculis oīum miratū nullo cōtingēte: colū-
na sensim supra basim suā deposita sūma cum
liberatione cōsedīt. **P**ost hec reliquos colū-
narū numerus cū sūma facilitate suspēsus ē:
adeo vt oēs que sup fuerāt ipsa die locarent.
Ifabricata igit ecclīa r perfecta ppli maioris
ardori fidē sitietes totius gētis lega-
tos ad cōstātinū impatorē mittit qui rei feri-
em exponit: sacer dotes sibi delegari petunt:
qui ceptū erga se dei munus implet. **Q**uibus
ille cuz omni gaudio r honore trāsmisit: am-
plius ex hoc lecatu est q incognitas illas ro-
mano iperīo gētes iunxisset. **S**icq; doctrina
nouoz pdicatorū: nouus pplis fidē christi vna
cuz rege r regina suscipiūt: r baptizati christi
apud easdē gentes: pma ibidē sacre fidei au-
cti r: in sanctitate vite r miraculoz opatiōe
perseuerās cōfecta senectute quieuit in pace.
Hec eusebius libro. r.

De scto macario cōfess.

Cap. xxxv.



Macarius cōfess.

foz in nitrie partibus in deser-
to videlicet egypti pfundissi-
mo claruit tpe valētiani impe-
ratoris. **Q**ui tertius fuit maca-

Undecimus

rius pter illos duos: de quoz vno actū est su-
pra. iij. non. ianuarij, r de secundo. xvij. kal.
februarij. **H**ic cui discipulus magni antonij
fuit. **Q**ui vna cū isidoro r heraclide r pābo-
ne pdiscipulis suis: in p̄fata heremij vastitate
degebat. **T**ū aut p̄secutionis arriane tēpore
p̄fati oēs insimul cōueniētes ad mutuā chari-
tatē ostendēdam: in suis tabernaculis positi
orātes interfectores suos expectarēt: delat-
or est ad eos homo mēbris oibus r p̄cipue pedi-
bus aridus. **Q**ui ab eis oleo punctus inuoca-
to xpi noie cōtinuus sanus exurgēs reuersus
est benedicēs deū. **E**cceus quidā ad cellam
macarij itinere dierū triū in deserto positam
se adduci fecit. **Q**uo postq; multo labore pue-
nit: macariū domi nō inuenit. **C**ōristatus au-
tem: sed feruore fidei crescēs fecit se applica-
ri ad partē illā parietis vbi senior cubare so-
lebat. **E**t exinde paruz luti aridi: vbi paries
oblitus erat assūpsit: r paline sue supposuit:
aquā q; de puteo vñ vir sctus bibebat hausta
sibi deferrī rogauit: cū qua solius glebulā lu-
tuz fecit: oculosq; inde punxit: r aqua diluēs
repēte visuz recepit: nullosq; ducēte regres-
sus domū cūctis pplis rē gestam publicauit.
Habebat aut macarius leone spelūcā cel-
lule sue vicinā. **D**ie quadā belua catulos suos
cecos ad eū produxit r ad pedes eius posuit.
Qui cuz intellexerat pro cecitate catuloz be-
stia filios applicare: orauit ad dñm r primus
catuli receperūt visuz. **E**t sequētes matre ad
spelūcā redierunt. **E**t paulopost ipsa cuz ca-
tulis regrediens pelles oīū plurimas velut
munus pro gratia ad senē morsu oris auectas
detulerūt. **E**t tū autē lucia beluā p̄fectus
alexandrie christianos p̄sequeret. **I**ussit p̄di-
ctos oēs patres a grege suo raptos in insulas
egypti paludū deportari: in qua nemines esse
coperat christianum. **S**ed cū sener noctu ad
insulā deducti fuissent: in qua erat templum
idolorum ab incolis sūma veneratione obser-
uatum: statim vt nauicula applicuit: sacerdo-
tis templi filia arrepta spiritu clamare cepit
stridens r rabiens: r per populos hincinde
discurrens. **Q**uā populus detentā ad senem
nauiculā deduxerūt. **E**t cū añ pedes eoz vlu-
laret: r sanctos viros: cur ad demones loci il-
lius expellendos venissent: interrogaret: illi
malignum increpantes spiritum effugarunt
r puellam sanam parētib; reddiderūt. **Q**ui
vna cum insule populis conuersi ad christum
r templum antiquissimum destruxerūt: r ec-
clesiā edificauerunt. **Q**uod dum lucio alexan-
drie nunciatum fuisset: timens ne ex sanctorū
patrum presentia fides christi amplius cre-
sceret: occulte eos ad heremuz remitti iubet.
vbi macarius ieiunijs r orationibus iugiter
intentus in christo feliciter obdormiuit: cu-
ius corpus alexandrie tumulatum est.